

hic attexere. *E Joab fijo de Ceruya era condestable, e Josaphat fijo de Adeldud era relator, e Saraia era escribano, e Banajahu fijo de Joiada era sobre los honderos y ballesteros.* Sed quod proximè dixeram, magis videtur ad veritatem.

FILII AUTEM DAVID SACERDOTES ERANT. Non poterant Davidis filii sacerdotes esse, cum id tantum à Deo concessum esset familiæ Levi. Cur autem sacerdotes esse dicantur, diximus in nostris Commentariis super Isaiam ad illud cap. 61 : *Vos autem, sacerdotes Domini, vocabimini ministri Dei nostri.* Ubi tunc cum illis loquebatur propheta, quibus nullo modo ad sacerdotium patebat accessus. Dicuntur autem tam illi, quam modò filii David, esse sacerdotes, quia illi magno erant in honore apud omnes, et in illorum sumptus abundè suppeditabatur à populo. Neque textus ipse indicat obscurè; nam cum paulò antea duorum sacerdotum meminisset, statim tanquam aliquid diversum addidit, Da-

CAPUT IX.

1. Et dixit David : Putasne est aliquis qui remanserit de domo Saül, ut faciam cum eo misericordiam propter Jonathan?

2. Erat autem de domo Saül servus nomine Siba. Quem cum vocasset rex ad se, dixit ei : Tunc es Siba? Et ille respondit : Ego sum servus tuus.

3. Et ait rex : Numquid superest aliquis de domo Saül, ut faciam cum eo misericordiam Dei? Dixitque Siba regi : Superest filius Jonathæ debilis pedibus.

4. — Ubi, inquit, est? Et Siba ad regem : Ecce, ait, in domo est Machir, filii Ammiel, in Lodabar.

5. Misit ergo rex David, et tulit eum de domo Machir, filii Ammiel, de Lodabar.

6. Cum autem venisset Miphiboseth, filius Jonathæ, filii Saül, ad David, corruit in faciem suam et adoravit. Dixitque David : Miphiboseth? Qui respondit : Adsum servus tuus.

7. Et ait ei David : Ne timeas, quia faciens faciam in te misericordiam propter Jonathan patrem tuum, et restituoam tibi omnes agros Saül patris tui, et tu comedes panem in mensâ meâ semper,

8. Qui adorans eum dixit : Quis ego sum servus tuus, quoniam respexisti super canem mortuum similem mei?

vidis filios esse sacerdotes. Ubi ego notam similitudinis subaudio, id est, esse quasi sacerdotes, quia illos observabat et alebat populus. Septuaginta reddidère ἀλλήλους, id est, *alios principes*, et l. 1 Paral. c. 18, in fine, ubi cum eodem ordine, filioque sermonis, superiora texerentur, de filiis David dicitur : *Porrò filii David primi ad manum regis*, id est, qui in regis domo familiares erant regi, et cum illo plurimum versabantur. A quo loco et ordine excidisse videtur Absalom, cui edixit pater 2 Reg. 14, v. 24 : *Revertatur in domum suam, et faciem meam non videat*, id est, non sit mihi ut antea sacerdos, aut inter primos ad manum. Porrò sacerdotem aliquem, aut quasi sacerdotem esse, proverbiali specie dici de illo, cui omnia honestè abundèque contingunt, in locum citatum Isaiæ probavimus, ubi satis multa de hoc dicendi genere, quem tu vide.

CHAPITRE IX.

1. David se souvint de Jonathas, son ami, et il dit : N'est-il point resté quelqu'un de la maison de Saül à qui je puisse faire du bien, à cause de Jonathas?

2. Or il y avait un serviteur de la maison de Saül qui s'appelait Siba. Et le roi, l'ayant fait venir, lui dit : Etes-vous Siba? Il répondit : Je le suis pour vous servir.

3. Le roi lui dit : Est-il resté quelqu'un de la maison de Saül que je puisse combler de grâces? Siba dit au roi : Il reste encore un fils de Jonathas, qui est infirme des jambes.

4. — Où est-il? dit David. Il est, répondit Siba, à Lodabar, dans la maison de Machir, fils d'Ammiel.

5. Le roi David envoya donc des gens, et le fit venir de Lodabar, de la maison de Machir, fils d'Ammiel.

6. Miphiboseth, fils de Jonathas, fils de Saül, étant venu devant David, tomba sur sa face et adora. David lui dit : Miphiboseth? Il répondit : Me voici, votre serviteur.

7. David lui dit : Ne craignez point, parce que je vous ferai miséricorde, à cause de Jonathas votre père : je vous rendrai toutes les terres de Saül, votre aïeul, qui ont été confisquées, et vous mangerez toujours à ma table.

8. Miphiboseth se prosternant devant lui, lui dit : Qui suis je, moi votre serviteur, pour avoir mérité que vous regardiez un chien mort tel que je suis?

9. Vocavit itaque rex Siba puerum Saül, et dixit ei : Omnia quæcumque fuerunt Saül et universum domum ejus dedi filio domini tui.

10. Operare igitur ei terram, tu et filii tui et servi tui, et inferes filio domini tui cibos ut alatur; Miphiboseth autem filius domini tui comedet semper panem super mensam meam. (Erant autem Sibæ quindecim filii et viginti servi.)

11. Dixitque Siba ad regem : Sicut justisti, domine mi rex, servo tuo, sic faciet servus tuus. Et Miphiboseth comedet super mensam meam, quasi unus de filiis regis.

12. Habebat autem Miphiboseth filium parvulum nomine Micha : omnis verò cognatio domûs Sibæ serviebat Miphiboseth.

13. Porrò Miphiboseth habitabat in Jerusalem, quia de mensâ regis jugiter vescabatur; et erat claudus utroque pede.

VERS. 1. — ET DIXIT DAVID, PUTASNE EST ALIQUIS, QUI REMANSERIT DE DOMO SAUL, UT FACIAM CUM EO MISERICORDIAM PROPTER JONATHAM (1)?

(1) David dicit alors : *N'est-il point resté quelqu'un de la maison de Saül, à qui je puisse faire du bien, à cause de Jonathas?* Les premiers soins de David ont été pour Dieu, pour son arche et pour la construction de son temple. Après qu'il a satisfait à ce premier de tous nos devoirs qui regarde Dieu, il passe au second, qui enferme l'amour du prochain, et il cherche dans la famille de Saül quelqu'un à qui il puisse faire du bien. Il n'attend pas que Miphiboseth vienne se présenter lui-même pour le secourir. Il le prévient, il le cherche, et il emploie du monde pour s'en informer. Si David avait consulté en cette rencontre une politique tout humaine, elle lui aurait sans doute représenté que son règne étant encore peu affermi, il était dangereux de faire revivre la mémoire de Saül, et de s'exposer ainsi à donner sujet à de nouveaux troubles. Mais ce prince était trop éclairé du ciel pour se laisser surprendre aux raisons basses de cette fausse sagesse. Il sait ce qu'il a promis à Jonathas, et ce qu'il aurait voulu rendre à la mémoire de son amitié, quand même il ne lui aurait rien promis. Il est persuadé que rien ne lui assurera plus la couronne, que de se conduire d'une manière qui fasse voir à tous ses sujets qu'il en est très-digne. Et il sait que des actions de clémence et de bonté sont souvent plus capables d'attirer aux princes l'amour et la vénération de leurs peuples, que les victoires les plus éclatantes. C'est ce que l'Écriture semble marquer en rapportant cette histoire aussitôt après le dé-

9. Le roi fit donc venir Siba, serviteur de Saül, et lui dit : J'ai donné au fils de votre maître tout ce qui était à Saül et toute sa maison.

10. Faites donc valoir pour lui ses terres, vous et vos fils et vos serviteurs, afin que le fils de votre maître ait de quoi subsister, mais pour Miphiboseth, lui-même, fils de votre maître, il mangera toujours à ma table. (Or Siba avait quinze fils et vingt serviteurs.)

11. Et il dit au roi : Votre serviteur, ô roi mon seigneur, fera comme vous lui avez commandé. Et David répéta : Pour Miphiboseth, il mangera à ma table, comme l'un des enfants du roi.

12. Or Miphiboseth avait un fils encore enfant, appelé Micha. Toute la famille de Siba servait Miphiboseth.

13. Ainsi Miphiboseth demeurait à Jérusalem, parce qu'il mangeait toujours à la table du roi : or il était boiteux des deux jambes.

COMMENTARIUM.

Totum hoc caput apertum est, neque magnâ indiget interpretis operâ. Dicendum tamen aliquid, quia aliquid etiam est expeditum minùs. Multa fuerunt, quæ Davidis impulerunt animum, ut Saülis recordaretur, neque nomen illius pateretur extingui, aut familiam aliorum expositam ludibrio incommodis laborare, quibus tenuiorum et miserorum hominum fortunæ jactantur. Primùm, ipsa natura bonitas, ad miserendum prona, injuriarum immemor, et à Deo ad omne pietatis genus instituta : illa fecit, ut viventi regi, cum maximo in Davidem inflammaretur furoris æstu, non semel ignosceret, cum tutò posset et faciliè vitam eripere; hæc ut lugeret occisum, et illi quam potuit officiosissimè parentaret; hæc eadem nunc ingenuum cogit, et verè regium animum, ut si qui ex regia familiâ forent ab ingenti et

nombrement qu'elle fait des peuples et des rois que David avait vaincus.

Cet exemple est grand, non seulement pour les princes, mais encore pour tous ceux qui veulent rendre à Dieu ce qui lui est dû. Car la piété, selon saint Augustin, consiste principalement à n'être pas ingrat envers Dieu. Et si l'on n'est pas reconnaissant envers les hommes que l'on voit de ses yeux, et dont on éprouve sensiblement la bonté et les bienfaits, il est difficile que l'on le soit envers Dieu, dont les grâces sont beaucoup plus spirituelles et plus cachées. (Sacy.)

quasi fatali cæde superstites, illorum consuleret rationibus, et de rebus ad vitam necessariis provideret. Sed erat præterea gravissima ratio, cur regiae familiae tam impensè consulere debuerit, quia id exigebat et amicitiae fidelitas, et interposita juramenti religio. Quàm arcto Davidis et Jonathæ necessitudinis vinculo fuerint animi constricti, ille dicendi modus satis explicat, qui lib. 1, cap. 18, ait, animam Jonathæ conglutinatam esse animæ David. Ex quâ animorum conjunctione ortum est, ut pro Davidis salutē non semel Jonathas vitæ periculum adierit. Accedebat præterea gravis inprimis, et foederis ratio, et interpositi juramenti religio, ut constat lib. 1, cap. 20 et 23. Hæc igitur præter alia causa fuit, cur non solum domui Jonathæ, sed etiam toti Saülis familiae commendare voluerit. Et ideò addidit: *Ut faciam cum eo misericordiam propter Jonatham.*

VERS. 2. — ERAT AUTEM DE DOMO SAUL SERVUS NOMINE SIBA (1). Hic assiduus esse putabatur in domo Saülis, atque ideò ab illo, qui nōrat omnia quæ ad regiam illam familiam pertinebant, sciscitatur David, equis reliquis fuerit ex illâ domo, in quem officiosus esse possit, et facere cum illo Dei misericordiam. Loquebatur autem de totâ Saülis domo, non, ut alii putant, tantum de Jonathæ familia. Neque

(1) Judæi scriptores, quorum sententiam interpretes plures sequuntur, docent, Sibam servum fuisse Chananæum, quippe qui post obitum Saülis manumissus non fuerit. Leve tamen est argumentum. 1^o Nulla Moysis sanctio libertatem decernit servo Hebræo post heri obitum; quin et verisimillimum videtur, servos fuisse partem hæreditatis filiorum. 2^o Servus integrum erat non uti privilegio libertatis anno sabbatico sibi concessæ; cur igitur eodem non uti privilegio non potuissent, hero obeunte, si quod privilegium illis mos et consuetudo contulisset, quanquam est incertissimum? Familiare est Rabbini leges ad arbitrium rogare, ac deinde torquere Scripturam, ut eam cum legibus hisce suis componant. Igitur Siba Hebræus servus Saülis constituendus est, sed inter servos munere et dignitate maximus. Fortè in familiâ Saülis eundem obtinebat locum, quem Elzezer in domo Abrahami, et Josephus apud Putipharem. Denique eo erat apud Saulem loco, quo villici et rei rusticæ curatores apud Romanos, de quibus agunt rei agrariæ scriptores. Servis hisce summa erat auctoritas apud herum suum in fundos et servos, quorum curam et regimen herus illis commiserat. Sibæ huic erant quindecim filii, et viginti servi, qui in familiâ heri sui servientes, sub Sibæ imperio erant; denique ex his servis erat, quos Christus ab hero suo *super familiam constitutos* esse dicit, ut distribuant censuris *mensuram tritici*, quæ pro more servis dabatur. (Calmet.)

obstat, quòd de uno tantum Jonathæ filio responderit Siba, quia ille servus videtur fuisse Jonathæ, ut constat v. 9. *Universam domum Saülis dedi filio domini tui.* Et quò illi à regiâ liberalitate consuleret, aliorum nomina suppressit: neque enim valdè erat fidelis aut verax, ut satis constat ex cap. 19, v. 26. Deinde, quia si qui erant alii, ut filii quinq; Merob, qui cap. 21 à Gabaonitis acti sunt in crucem, illis satis erat provisum à Michol uxore Davidis, quæ illos sibi in filios adoptaverat. Duo verò fuerunt alii filii Saülis ex Resphâ concubinâ, qui propter concubitum non legitimum, et maternas sordes, judicabantur alieni.

Adde, quòd cum de Saülis posteris ageret David, dixit ad Sibam: *Ut faciam cum eo misericordiam Dei.* Dei porrò *misericordia* ad ipsius inimicorum beneficium extenditur, quibus spiritum largitur et vitam: et cum illos posset à se præcul abjicere, cumulat tamen donis; neque illorum merita Dei impediunt mitissimam naturam, quominus solem suum oriri faciat super bonos et malos, et pluat super justos et injustos. At hæc misericordia, si non spectaret Saülis intestinum odium, et rabidam sitim Davidici sanguinis, in eo, quem dixi, sensu, non diceretur misericordia Dei, quia potius erat David Jonathæ provocatus meritis, quàm offensus injuriis; atque ideò habuit potius in Jonathâ, quod compensaret antidotali officio, quàm quod studio ulcisceretur hostili. Neque alio, ut opinor, sensu dixit Jonathas lib. 1, capite 20, vers. 14: *Facies mihi misericordiam Domini.* (1)

VERS. 6. — CUM AUTEM VENISSET MIPHIBOSETH FILIUS JONATHÆ FILII SAUL AD DAVID, CORRUIT IN FACIEM SUAM, ET ADORAVIT. Hic fait, de quo supra, cap. 4, v. 4, cecidisse dicitur ex nutricis ulnis, et debilitatis cruribus claudus effectus. Id porrò accidit eo ipso tempore, quo Saül et Jonathas ceciderunt in montibus Gelboe, cum ipse quintum ageret ætatis annum. Unde optimè colligit Abulensis, hanc historiam, seu hanc misericordiam Davidis erga Miphiboseth accidisse, quo tempore ab historico sacro proponitur, nempe subjugatis his

(1) IN DOMO MACHIR.... IN LODABAR. Creditur Lodabar, vel Ladaar, jacuisse trans Jordanem in regione, quam celebris ille Machir possidebat. Sed certus ejus situs ignotus est, et nō nisi temerè in tabulis collocatur. Neque illud expectandum est ut doceamus, cur Miphiboseth sese in domum Machir filii Ammielis recepisset. Cæterum hæc minora sunt, quàm ut ea nôsse lectorum intersit. (Calmet.)

provinciis, de quibus proximè præcedenti capite. Nam habuisse tunc dicitur Miphiboseth filium nomine Micha, v. 12. Quare annos natum esse viginti verisimile est. A morte autem Saül, quando quinquennis erat Miphiboseth, ad hoc tempus anni videntur intercessisse quindecim, quibus anni Miphiboseth viginti completeret. Ubi ergo Miphiboseth Davidis subiit aspectum, procidit supplex ad illius genua, et tanquam aliquid in eo majus et augustius agnosceret, illum solitâ regum adoratione prosecutus est.

VERS. 7. — ET RESTITUAM TIBI OMNES AGROS SAUL PATRIS TUI, ET TU COMEDES PANEM IN MENSA MEA SEMPER (1). Quædam habent principes privata bona à parentibus accepta, quæ neque jus attulit regni, neque regio nomine ab aliis acceperunt; qualia sunt quæ quisque habuit, antequàm regnum seu jurisdictionem obtineret. Nam olim omnia quæ regium comitantur nomen, ad successorem cum nomine ac titulo transmittuntur. Habuerunt reges propria quædam bona, quæ aut acceperunt à parentibus, aut aliis modis ipsi quæsierant. Qualia fuerunt illa, quæ Zachar. cap. 14, v. 10, dicuntur *torcularia regis*. Et quæ sibi ad delicias comparavit Salomon, de quibus ipse Eccles. cap. 2, v. 4: *Magnificavi opera mea, ædificavi mihi domos, et plantavi vineas, feci hortos et pomaria, et conseri ea cuncti generis arboribus.* Talia, opinor, aliqua habuit Saül, antequàm ad regiam dignitatem ascenderet. Sanè asinarum habuisse greges habemus lib. 1, cap. 9, et agros coluisse, cap. 11, v. 5: *Ecce Saül veniebat sequens boves ex agro.* Hæc igitur Saülis bona dedit David Miphiboseth, quæ non videntur fuisse luculenta, quia neque diu Saül cum potestate fuit, cum biennio tantum regnum obtinuerit, et illa omnia Siba cum filiis et servis colere potuerit. Habuisse tamen vineas et agros, ipse indicat Saül, cap. 22, v. 7, dum ait: *Nunquid omnibus vobis dabit filius Isai agros et vineas?* Ac si di-

(1) Inter summos à rege honores illud habebant subditi, ut regiae mensæ convivæ adhiberentur. Jêsus Christus, ut discipulis gloriam significaret quam illis destinabat, parare se illis dixit idem regnum quod sibi Pater constituerat, et convivas illos mensæ suæ in eodem regno habiturum pollicetur. Servos manumittendi ratio quædam apud Romanos obtinebat, ut mensæ convivas illos adhiberent; eaque appellabatur *manumissio per mensam*. Mensæ regum simul omnia imponebantur, quæ dein in familiares distribuenda erant. In Oriente, non diversis, sed uno ferculo omnia apponuntur. Iter è Moscoviâ in Persidem t. 1, passim, et p. 235. (Calmet.)

cat: David non poterit, quia pauper est: ego facillè potero, quia his omnibus abundo. Promisit quoque David regios cibos, quos eidem secum accumbens mensæ quotidie sumeret.

VERS. 8. — RESPEXISTI SUPER CANEM MORTUUM SIMILEM MEI. *Canis*, et multò magis *canis mortuus* (1), proverbiali specie, pro re sumitur vilissimâ et execrabili, quia et canis odiosus est, et cum mortuus fuerit, gravissimum ex se halitum aspirat. Capite 24, v. 15, lib. 1, iisdem verbis locutus est de se David ad Saulem, ex quo fortassè didicit Miphiboseth, et dicendi modum, et humilitatis spiritum. Vide quæ nos ibi hæc de re pluribus.

VERS. 9. — OMNIA QUECUMQUE FUERUNT SAUL, ET UNIVERSAM DOMUM EIUS DEDI FILIO DOMINI TUI. Hic duos agnosco dominos Sibæ, alterum Jonatham, alterum Miphiboseth, cui patre mortuo famulatus est Siba. Dominum hoc loco Miphiboseth, intelligo, cujus filio Michæ adjudicata sunt à Davide Saülis bona; nam licet attributa fuerint Miphiboseth, tamen quia illi omnia abundanter sunt à Davide provisæ, neque ad vitæ subsidium, neque ad dignitatis ornamenta ullo alio egebat adjumento, omnes qui ex Saülis agris capiebantur proventus, ad Michæ sumptus et alimentum dicuntur esse conferendi. Hoc autem idem est, ac si Miphiboseth accepisset omnia, quia ab illo in alendo filio sumptus illos factos oportuit. Quare non sine causâ addidit David: *Miphiboseth autem filius domini tui comedet semper panem super mensam meam.* Ac si dicat: Nolo tibi id imponere negotiū, ut dominum tuum Miphiboseth

(1) Miphiboseth, se prosternant devant David, lui dit: Qui suis je, moi, votre serviteur, pour avoir daigné regarder un chien mort comme je suis? Nous pouvons voir, dans cet exemple, quelle est la puissance de Dieu quand il lui plaît de faire justice à ses serviteurs dès cette vie, et de les élever au dessus de ceux qui les persécutaient avec le plus de fureur et de violence. David, en s'humiliant devant Saül, lui dit ces paroles: *Qui poursuivez-vous, ô roi d'Israël? Vous poursuivez un homme qui n'est qu'un chien mort.* Et Dieu ayant élevé ensuite David sur le trône du même Saül, fait que le petit-fils de ce roi si superbe vient se prosterner devant David, étant abandonné de tout le monde, et qu'il s'appelle devant lui *un chien mort*. Ceci nous fait voir que, quand Dieu dans la loi nouvelle laisse accabler ses serviteurs par la violence de leurs ennemis, ce n'est pas qu'il ne les puisse élever au dessus d'eux, comme il a fait voir en la personne de David et de tant d'autres, mais c'est parce qu'il les veut rendre ainsi conformes à Jêsus-Christ dans sa vie et dans sa mort, en les sanctifiant par leur humilité, et les couronnant par leur patience. (Sacy.)

alas, quia hanc in meipsum curam recepi; satis habebō, si filium ejus Micham percepto ex agris fœnore sustentēs. (1)

VERS. 11. — DIXITQUE SIBA AD REGEM: SICUT JUSSISTI, DOMINE MI REX, SERVO TUO, SIC FACIET SERVUS TUUS. ET MIPHIBOSETH COMEDET SUPER MENSAM MEAM, QUASI UNUS DE FILIIS REGIS (2).

(1) VERS. 10. — INFERES FILIO DOMINI TUI CIBOS, UT ALATUR. Curæ tuæ sit, ut alatur Michā filius Miphibosethi ex proventibus agrorum quos ego patri illius, vel quos illi restitui. Mentem regis assecutus esse Siba non videtur, quippe qui censeret alendos sibi esse Miphibosethum et Micham tam lautē, quā si regis mensæ assiderent. (Calmet.)

Miphiboseth mangera toujours à ma table. Si nous cherchons dans cette histoire un sens plus spirituel, nous pouvons considérer ce que fait ici David à l'égard de Miphiboseth, comme la figure de ce que Dieu fait à l'égard de quelques âmes, qui l'avaient long-temps oublié, et qu'il retire enfin de la bassesse et de la poussière pour les mettre au nombre de ses enfants: ces personnes ont bien plus de sujet de dire à Dieu ce que Miphiboseth dit ici à David: *Qui suis-je devant vous, ô mon Dieu, pour avoir daigné regarder un chien mort comme je suis?* Elles doivent se représenter que le véritable David appelle, comme il dit lui-même dans l'Évangile, les boiteux et les personnes faibles à sa table et à son festin; mais qu'il y a cette grande différence entre la figure et la vérité, que David faisant venir Miphiboseth à sa table, n'avait pas le pouvoir d'ôter à son corps ce qui le rendait faible et difforme, au lieu que Jésus-Christ ne nous invite à sa table que pour guérir l'âme de toutes ses maladies, et pour lui rendre la force et la beauté par la vertu de cette viande céleste, qui est tout ensemble notre nourriture et notre remède. De plus, Miphiboseth n'avait jamais désobligé David en la moindre chose, et David avait de très-grandes obligations à Jonathas, son père. Mais pour nous, nous avons été comblés de bienfaits par le Fils de Dieu, et nous l'avons offensé en mille manières. C'est pourquoi nous avons bien plus de sujet de dire au Sauveur ce que ce prince disait à David: *Comment daignez-vous jeter les yeux sur un chien mort comme je suis?*

La Chananée se compare à une chienne, mais au moins à une chienne vivante, qui peut encore plaire à son maître. Elle se croit indigne du pain des enfants; mais elle prétend au moins aux miettes. Miphiboseth, au contraire, se compare à un chien mort, qu'on ne regarde qu'avec horreur, et il témoigne lorsqu'il est réduit à cet état, qu'il se croit indigne des miettes mêmes. (Sacy.)

(2) Alleg. David extollens abjectum et claudum Miphiboseth, representat Christum, qui infirma et contemptibilia mundi eligit, ut confundat fortia, 1 Corinth. 1, cum scilicet ipse, ut ait Angelom., eum quem ad seculi ministeria et mundana negotia exercenda, sermone et actione debilem conspiciat, ad divinum ministerium eligit, quia quem mundus per fastum elationis spernit, hunc Deus propter devotionem humilitatis acquirit. In-

Faciam, inquit Siba, quodcumque abs te de Michā Miphiboseth filio mihi mandatū est et si tibi visum fuerit, Miphiboseth etiam in mensam meam, et curam accipiam, illumque sic tractabo luculenter ac splendidē, quemadmodum filii regum tractari solent. Quomodo Genes. 24, v. 18, dicit Rebecca: *Bibe, domine mi, etc., quā et camelis tuis hauriam aquam, donec cuncti bibant.* Hic mihi sensus facilis et germanus videtur. Alii aliter et legunt et exponunt, alii aliquid supplendum putant; quod mihi non videtur necessarium, cum sensus hic facilis sit et planus; maxime si, quod milles in Scripturā occurrit, et sumatur pro imō, in hunc sensum: Alam Micham filium domini mei Miphiboseth, imō et ipsum Miphiboseth.

Quidam codices *super mensam tuam*, legunt, ut notat Hieronymus in Tradit. Hebr. ad hunc locum, quemadmodum etiam Igit Abulensis, quasi dicat Siba, quando rex sibi curandum esse dicit de Miphiboseth alimento, curaturum se, ne quid illius filio Michæ desit. Sed textus Hebræus *meam* habet. Quem sic accipiunt aliqui, ut verba putent esse Davidis, et suppleant: *Et dixit David*, iterando videlicet dictum, et eā repetitione confirmando magis quod promiserat. Sed sanè hoc valdè distortum, et ad hanc sententiam prorsus trahit invitum. Ita Hieronymus supra, Cajetanus, Lyra et nonnulli alii. Alii verba quidem dicunt esse Sibæ; ita tamen ut dicat, mittendos esse cibos à rege, quos in mensâ Sibæ comedit Miphiboseth. Quam cogitationem omninò convellit, quòd statim v. 13, *ideò mansisse dicitur Miphiboseth in Jerusalem, quia de mensâ regis jugiter vescabatur*; alioquin esset eo in loco, ubi Siba morabatur, utique extra Jerusalem. Septuaginta *super mensam regis* transtulerunt. Sed Vulgata translatio, et Hebraicus textus habent *mensam meam*.

Interpretatur enim Miphiboseth, decor ignominie. Is ergo, cujus loquelam et præsentiam superbia mundi despiciat, Dei dono utilis ad spiritale ministerium in Ecclesiâ apparuit. Et pluribus interjectis: *Suscitatus de pulvere egenum, et de stercore erigit pauperem, ut sedeat cum principibus, et gloriae solium teneat.* Contemptibiles personas de mundo auerens, possessores virtutum efficit, et scientiâ spirituali super mensam Scripturarum sanctarum quotidie secum reficit. Unde evenit, ut tales sobolem gignant, qui vocetur Michā. Michā enim, *quis est*, Latine resonat, quia frequenter et in admirationem populi tales veniunt, quia nuper è despectu mundi ablati, gloriosi in Ecclesiâ Dei dono apparebunt. (Corn. à Lap.)

VERS. 12. — HABEBAT AUTEM MIPHIBOSETH FILIUM PARVULUM NOMINE MICHAM. Hoc additum puto, ut explicetur, quinam sit ille domini Sibæ filius, cujus commodis servire debuerunt Saülis agri, quos Jonathæ filio restituit David. quemque alere Siba jussus est, et sedulo servire.

OMNIS VERÒ COGNATIO DOMUS SIBÆ SERVEBAT MIPHIBOSETH. Amplexus est David filium Jonathæ quasi filium regis; atque ideò jussit, ut

CAPUT X.

1. Factum est autem post hæc ut moretur rex filiorum Ammon, et regnavit Hanon filius ejus pro eo.

2. Dixitque David: Faciam misericordiam cum Hanon filio Naas, sicut fecit pater ejus mecum misericordiam. Misit ergo David consolans eum per servos suos super patris interitu. Cum autem venissent servi David in terram filiorum Ammon,

3. Dixerunt principes filiorum Ammon ad Hanon dominum suum: Putas quòd propter honorem patris tui miserit David ad te consolatores? et non ideò ut investigaret et exploraret civitatem, et everteret eam, misit David servos suos ad te?

4. ulit itaque Hanon servos David, rasantque dimidiam partem barbæ eorum, et præseidit vestes eorum medias usque ad nates, et dimisit eos.

5. Quod cum nuntiatum esset David, misit in occursum eorum (erant enim viri confusi turpiter valdè), et mandavit eis David: Manete in Jericho donec crescat barba vestra, et tunc revertimini.

6. Videntes autem filii Ammon quòd injuriam fecissent David, miserunt et conduxerunt mercede Syrum Rohob et Syrum Soba. viginti millia pedum, et à rege Maacha mille viros et ab Istob duodecim millia virorum.

7. Quod cum audisset David, misit Joab et omnem exercitum bellatorum.

8. Egressi sunt ergo filii Ammon, et direxerunt aciem ante ipsum introitum portæ: Syrus autem Soba et Rohob, et Istob et Maacha seorsum erant in campo.

9. Videns igitur Joab quòd præparatum esset adversum se prælium et ex adverso et post tergum, elegit ex omnibus electis

s. s. x.

qui parenti prius florente fortunâ, illi iidem filio Miphiboseth, eodem studio ac sedulitate servirent. Quare licet aliqui alio in loco de Michæ alimento atque educatione curarent, alii fuerunt in Jerusalem, qui assisterent Miphiboseth, ne quid illi deesset ad dignitatem, quæ regium adolescentem, et regis amicum et alumnum decebat. Quare verisimile est, ex agrorum proventu non parum in illius comitatu et cultu fuisse consumptum.

CHAPITRE X.

1. Quelque temps après, le roi des Ammonites vint à mourir, et Hanon, son fils, régna en sa place.

2. Alors David dit: Je veux témoigner de l'affection à Hanon, fils de Naas, comme son père m'en a témoigné. Il lui envoya donc des ambassadeurs pour le consoler de la mort de son père. Mais lorsqu'ils furent arrivés sur les terres des Ammonites,

3. Les plus grands du pays dirent à Hanon, leur maître: Croyez-vous que ce soit pour honorer votre père et pour vous consoler que David vous a envoyé des ambassadeurs? Et ne voyez-vous pas qu'il ne l'a fait que pour reconnaître la ville, pour y remarquer toutes choses et pour la détruire?

4. Hanon fit donc prendre les serviteurs de David, leur fit raser la moitié de la barbe, et couper la moitié de leurs habits depuis les pieds jusqu'au haut des cuisses, et les renvoya.

5. David ayant reçu cette nouvelle (car ils étaient dans la confusion), envoya au-devant d'eux, et leur donna cet ordre: Demeurez Jéricho jusqu'à ce que votre barbe soit crue, et après cela vous reviendrez.

6. Or les Ammonites, voyant qu'ils avaient offensé David, envoyèrent vers les Syriens de Rohob et de Soba, et firent lever à leur sold vingt mille hommes de pied; ils prirent aussi mille hommes du roi de Maacha et douze mille d'Istob. Tous ces gens vinrent camper vis-à-vis de Médaba sur l'Arnon; et les Ammonites se joignirent à eux.

7. David, en ayant été averti, envoya contre eux Joab avec toutes ses troupes.

8. Les Ammonites, s'étant mis en campagne, rangèrent leur armée en bataille à l'entrée de la porte de la ville de Médaba; et les Syriens de Soba et de Rohob, d'Istob et de Maacha, formaient un corps séparé dans la plaine.

9. Joab, voyant donc les ennemis préparés à le combattre de front et par derrière, prit